

## De Thracia.

Thracia tametsi ad Graeciam a vetustis geographis non referatur, nos tamen vel ob commercium perpetuum quod Thracibus cum graecis fuerat (ut vel Terei historia docet, quae apud Ouidium v. Met. extat) vel quod imperii sede apud Byzantium constituta, graeca simul ibi lingua exulta extiterit: In Graeci Imperatores hanc provinciam tanquam regiam elegerint, de graecia scripturi a Thacia auspicii volumus.

Quam Ptolomeus lib. III Tab. Europa ill. definic ab Oriente Propontide, et ore Ponti, quod vocatur Bosporus Thracius; ab Occaso vero Mysia superiori, et parte Macedoniae ad Orbelum montem; a Septentrione Mysia inferiori; et a Meridie parte Macedoniae, quae esti ad Nestum flumin et Melanum ubi eis adhaeret Cherronesus, usi maria, Propontis et Helleponus, hodie Stretto de Callipoli dicta

Strabo VII: geograph. Graecorum regionis in Thracia meminisse videtur, cum ait:

Trans amnum ~~Strymonem~~ vero usque ad Ponticum ostium atque Haemum montem, cuncta sunt Thracum, excepto littore quod Graeci tenent. Quidam sane in Propontide siti, plerique vero ad Helleponum aut sinum Melanon, alii vero super Aegaeo Pelago.

Idem lib. XIV.

Hinc vero continens fluxum quendam accipiens, iam secundi et occiden- talis lateris initium facit, usque in Propontiden et Byzantium. Sed cum Ephorus dicat XVI nationes hanc Cherronesum incolere, tres graecas, reliquias barbaras. (? Mingan' Arian?)

Mores Thracum. In hoc igitur Thraciae regno, ut Mela scribit, nec coelo nec sole

Wolfgangi Lazii:  
(Medici et Historici  
Caesarii):  
Graeciae Antiquae  
Liber Primus. C. I

Ingranius:  
Thesaurus  
Graecorum  
Antiquitatis  
v. VI. L. 3429  
— 3438

lacto homines quondam colebant et justitiae observatores praestantissimi,  
et caelibes, ad quod alludens scribit vii geograph. Strabo.

Scribit autem Posidonius Myrios religioni indulgentes, ab animantibus  
abstinere, et eam ob causam pecus omne ritare. melle vero et lacte et  
caseo risci.

Quunque tranquillam exigitent ritam, ob Deorum culturam Deicolae et  
Capno Batae, (id est, fumi consenseris nominantur).

Prerogue Thraces esse, qui sine mulieribus ritam ducant, quos Ctistas (id est  
creatores nominant), sanctificatosque honoris gratia, omnimoda cunctilibate  
victitate.

Hos summatione universos Poetam dixisse, equarum mulsores et lactophago  
insignes, Abios (id est, minime vivos homines), justitia praestantissimos praecipue, aut Abios appellant a mulieribus disjunctos.

In eodem praeterea regno, praeter Orpheu, quem fabulae saxacantu  
morisce referunt, (canente Ovidio) Metamorph.

Ab Ad regem duxere Midas, cui Thracius Orpheus  
Orgia tradiderat cum Cecropio sumolpo.  
claruerunt reges Oagrius Orphei Poetae pater, Lycurgus et Dionedes  
adrenis crudelis, Terens qui Progen filiam Pandionis regis  
Athenarum hoc nocte secundi duxerat uxorem, Philonelae in  
arem sui nomini versae sororem (quam in TT. Metam. Naso fabulam  
recenset) Boreas, Zethus et Ceyx Alcyones maritus, in arem sui  
nomini cum conjugi conversus.

Cygnus itidem in arem sui nomini conversus.

Praeterea Trojani belli tempore in Thracia Rhesus ad famam venerat,  
Priamo auxilio profectus, cuius equos albissimos antequam Xanthum  
fluvium bibissent ex oraculo ad expugnationis occasionem  
Dionedes et Ulysses interceperant.

Homerus porro Asium quendam Thraciae regem celebrat arunculum  
Hectoris et Hecuba fratem, et Polymestora Maro.

Thra-  
cian  
regis  
antiqui  
orbi

Nobilitarunt hanc provinciam ab praelia quaedam ac victoriae insignes  
Atheniensium, videlicet cum Spartani ad portum Celon,  
Augusti Caesari et M. Antonii de Brutus et Cassio victoria, post necem  
Julii Caesari.

In hanc quoque bellum Xerxes Persarum rex ille potissimum, copiassuas  
ex Asia trajecit, Hellesponto ponte juncto, qui et Athos montem excelsissi-  
mum perfodere conabatur, ut de reliquis praecclare gestis taceam, quae  
isthac, antequam in Romanam provinciam esset redacta, sunt editae.

-----

Fabulæ et historiae celebrant Orphei, Protertiai, Hecubaæ, ejusque filii  
Polydori tumulis.

